

## Thèses de théologie.

**Numéro d'inventaire** : 1980.00014.42

**Auteur(s)** : Fr. Gérard

**Type de document** : affiche

**Éditeur** : non renseigné (Agen)

**Imprimeur** : Jean Gayau

**Période de création** : 3e quart 17e siècle

**Date de création** : 1670

**Description** : Une feuille découpée dans l'affiche originale de plus grande dimension. Bords coupés irrégulièrement. Marques de crayon au recto et au verso. Impression de faible qualité.

**Mesures** : hauteur : 334 mm ; largeur : 261 mm

**Notes** : Fragment d'une affiche annonçant les thèses de théologie que doit défendre Fr. Gérard le 27 mars 1670 dans l'école du Carmel d'Agen. Les thèses, rédigées à la première personne, traitent de la Trinité. La dédicace est ainsi rédigée: "Un élève [bachonista] voue et consacre à l'admirable, très sainte très heureuse Vierge mère de Dieu, complément à la Trinité, les dogmes expliqués tirés du mystère de la Trinité."

**Mots-clés** : Affiches de thèses et d'exercices publics

**Filière** : Université

**Niveau** : Supérieur

**Autres descriptions** : Langue : Français

Nombre de pages : 1

# ADMIRABILI SANCTISSIMÆ

Trinitatis complemento, Beatissimæ Virgini Deiparæ; Resolutiora ex  
misterio Trinitatis Dogmata, Alumnus Bachonista vouet & consecrat.

I.  
**N**VNQVID ego qui alios parere facio sterilis ero? ideoque pater æternus verè & propriè filium generat de sua substantia, non tanquam de materia, sed tanquam de subiecto generationis, ipsamet essentiâ se habente respectu illius, ut principium formale quo, simul & ut terminus formalis; relatione vero, ut complementum intrinsecum principij generatiui.

II.  
**F**ILIVS meus es tu ego hodie geui te, non quod genitum esse constituat filium, sicut nec generare constitutum est patris; imo simul esse genitum & esse filium, quamquam sola generatiuitas sit ratio patris constitutiva in ratione primæ personæ, quæ idcirco, totius diuinitatis vocatur principium, quia per ipsum primo cæteris personis communicatur diuinitas.

III.  
**G**ENERATIONEM eius quis enarrabit? quis enim demonstratum aliquod discrimen inter ipsam & spiritus sancti processionem adducere poterit? nemo sane: probabilius tamen est ideo illam esse generationem quia intellectus ad eam se habet per modum naturæ; istam vero non esse, quia etsi obiectum diuinæ voluntatis sit necessarium, ipsa tamen se habet per modum liberi.

IV.  
**I**LLE me clarificabit quia de meo accipiet. Procedendo scilicet à filio simul & à patre per modum vnius principij spiritali; facta tamen suppositione impossibili quod spiritus sanctus à solo patre oriretur, superesset nihilominus realis distinctio inter ipsum & filium, ut pote quod spiratio actiua non sit de ratione constitutiva filij.

V.  
**T**RES vidit & vnum adorauit, tres nimirum personas tribus relationibus constitutas, ab essentia ex natura rei representatiue distinctis; perfectionem dicentibus infinitam secundum esse relatiuum; & vnam in tribus personis essentiam adorauit. Tres etiam vidit subsistentias relatiuas, & vnam quoque adorauit subsistentiam absolutam communem tribus personis.

VI.  
**E**GO in patre & pater in me est. Non ratione solius identitatis in natura, nec ratione solius relationis in esse, inspectæ: nec etiam vtriusque simul, naturæ scilicet & relationis quatenus per se primò indicant unitatem: at potius ratione vtriusque prout important vnionem & distinctionem, Hæc est vera inter personas diuinas circumscriptionis ratio.

VII.  
**N**EQVE enim à me ipso veni, sed ille me misit, missione quidem propria & personali: non autem solum metaphorica; vel secundum diuersa personarum dona. Est igitur missio æterna diuinæ personæ origo cum connotatione effectus temporalis, quæ ex parte termini aliquando est sensibilis, ut in incarnatione: aliquando non est sensibilis, ut in gratiæ infusione.

VIII.  
**F**ACIAMVS hominem ad imaginem & similitudinem nostram. In cuius anima depicta sit diuina trinitas: non quidem in eius potentiis præcise spectatis, nec in illius operationibus; imago enim, teste D. Aug. est in nobis perpetua; nec in quibusdam actibus occultis: sed in ipsamet substantiâ animæ constitutæ in actu primo intelligentis & intellectæ: amantis & amatæ.

Has Theses ad mentem Doctoris Resoluti propugnabit (Deo dante & Carmeli regina auspice) In Schola Bachonistica Carmeli Aginnensis Fr. GERARDVS à Sancto Gregorio, antecessore R. P. THEODORO à Sancta Cecilia, sacra Theologia Professore. die 27 mensis martij 1670.

AGINNI, Apud IOANNEM GAYAV, Typographum Regium, Urbis & Ciuitatis. 1670.